Ill^is et Mag^ci D. Palatini Mariemburgen. coram Decano Rub^co
protestatur quod ad hanc citationem comparere non teneatur, cum Actorem
Rev^mum Epum Cracovien. in hac causa contra se non cognoscat neque
ab illo se quicquam exigere intendat, Ac ita quis Actoris vel Rei
partes suscipere vel sustinere modo debeat obscure et ambigue
in hac citatione narratur. Deinde quod reliqua narrationis
pars quae in ista citatione continetur in facto referendo intricata
et quatenus cum haereditate Cardinalis Bathorej a Ven. Capitulo Varm.
tanquam authoribus tribuis errores, confusi, illaque distributa sit
non sufficiens habeatur, neque satis demonstrat proventiones Episcopatus
tempore obitus Cardinalis ad participandas ?numerales? ?fuisse?
?millequoque? ubi fiat medio circiter septem millium florenorum a
Card^le adhuc vivente paulo ante festum S^i Martini exactorum
aliasque a V. C. praedicto post mortem Cardinalis ex frumentis
vendendum indebite defalcatorum. Imo quod praecipuum et ad
penitiorem huius causae cognitionem necessarium est Eustachius
Knobelsdorff qui fuit Oeconomus ad exhibendas rationes
illas quae omnes proventiones et redditus Epi. Varm. tam perceptorum
quam expositorum de duobus annis ad Cardinalem spectantium conti-
nere debent in citatione illa plane omittatur. Ex his aliisque
urgentibus causis et ad vitandas longiores dilationes damna
et expensas quas praefatum Capitulum Varm. diversis commissionibus
ac processibus iam ab octavo circiter anno causarunt,
non aut ex vilipendio (de quo expresse protestatur) Summi
Pontificis et Nuntij ipsius inhaerendo praeventioni et litis
pendentiae causae iam dudum ad Curiam Romanam devolutae
ad quam Ven. Cap. Varm. contra quod, antea lis est intentata
est adcitatum praedicta. Mag^ci D Palatinus appellat.

G. Kostka [signature]

In Olica fun.
Palatinu[m] Marien-
burgen[sem] et Pome-
rani[ae] Castell[anum] Bath-
ori